

novo sine Territorio, vel assumitur de illis qui sine admittuntur sunt, qui vulgariet *Nullatenenses* nuncupantur, & in Italia Episcopi in partibus Infidelium nuncupantur, in Hispania vero, *Obispos de Anillo* appellamus; ut notavit Abbas in d. c. *Quoniam*, notab. 4. ubi Vivian. in d. *vers. Et si videris*: Barb. n. 1. de quibus dicimus in c. 32. de *Eccl. Cath. Capit. in manib. Infid. post. n. 12.*

177 Supradictis etiam adungi potest tempestas calamitosa; de qua in l. *Ex conditio*, §. *Si vis tempestatis calamitosa*, ff. *locati*, quam Vim divinam appellat Phinius lib. 18. cap. 28. quae adeo potest esse continua, ut propter incommoda necesse sit Cathedralis mutare: de quo vide Mandof. *dist. tract. de Sign. Grat. verbo Erecciones*, *vers. Tempestas calamitosa*.

178 Malus vero situs Ecclesiae nullatenus est causa novi erigendi Episcopatus, sed succurrendum est huic incommodo eo modo quo diximus supra: videlicet per aedificationem novae Cathedralis: sicut difficultas itineris, vel distantia loci, seu quaelibet alia causa ex supradictis, cui alio pacto potest succurri non est sufficiens causa novae erectionis: ad quod videnda est magistralis Decisio Aquilana *nullitatis erectionis* 10. *Maij* 1613. *coram Pirovano*, quae est *de-ef. 484. in recentioribus Farin.* quam omnino vide, junctis his quae late cum pluribus congruit Barbof. in *Pastor. alleg. 68. ex n. 1.* sicut necesse Episcopatum sive Diocesim in duobus Territoriis duorum Principum secularium, est causa ipsam dividendi: cap. 1. 10. *distin.* ubi Gloss. *Gemin.* *Cardin. & Alex.* quia licet hec sit causa dividendi provinciam, l. 1. *c. de Metropol. Beryto.* tamen non bene arguitur de divisione Principatum & provinciarum temporalium ad divisionem Episcopatum: ut auctoritate Alber. in d. cap. 1. 10. *dist. tenet Franc. Marcus dec. 1. 12. n. 27.*

181 Supradictis vero, & aliis forsitan causis existentibus, potius novi sunt erigendi Episcopatus, quam in una Civitate duo constituendi Episcopi, quod nullatenus permitti debet: d. c. *Quoniam in plerisque* 14. *de offic. Ord. Barb. in Pastor. d. alleg. 54. n. 126.* plurima enim damna ex gubernatione duorum Capitum subsequuntur, de quibus est optimus textus in c. *In apibus*, 41. *in ordine*, 7. q. 1. ubi S. Hieronymus ad *Rusticum Magnacum*, *Episc. 4. ait*, *In Apibus Princeps unus est, Grues unam sequuntur ordine literario: Imperator unus, Iudex unus provincia. Roma ut condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecca vero Esau & Jacob bella gesserunt: singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archidiaconi, & omnis Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus mittitur: de qua re vide plures quos sequitur Barbof. in *collect. ad d. cap. In Apibus*, n. 3. sed an auctoritate Romanorum Pontificis unus Episcopus duabus possit praesidere Ecclesiis, vel duos Pontifices una possit habere Cathedralis? Dic affirmative, ex adductis in puncto cap. 8. *de unione Ecclesiarum Cathedralium*.*

184 Hinc est quod si duae fuerint Cathedralis unite propter deficientiam ministrorum, si deinde illorum numerus adeo excreverit, ut per se unusquisque sufficiat ad splendorem, cuiusque Ecclesiae, supprimi possunt beneficia: per ea quae tradit Petrus Gregorius Tolofanus *de benef. cap. 29.* & eo citato Lotter. lib. 1. *de re benef. quae 28. numer. 94.* sed magis convenit ut quaecumque unio fit propter diminutionem, ita eodem modo dissolvatur propter augmentum; ut scilicet Ecclesiae neque officio, neque redditibus suis defraudetur: c. *Ex parte de concess. preb. Lotter. ubi proxime*, num. 95.

186 Verum quia haec tractatum est de causis novos erigendi Episcopatus, videamus an consistit in Bulla de causis, aliquid verificandum sit? Et breviter dicendum, quod nisi Papa id praecipiat, opus non est; quia dum causa exprimitur a Papa, non possunt in dubium revocari; praecipue in hac materia, in qua consistorialiter proceditur: non enim fas est obicere Papae, & sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus mendacium: ut notavit Grammat. *decis. 65. num. 63. vers. Et maxime cum est pragmatica*: quod procedit etiam si appareat aliquas ex illis causis veras non esse, sed erroneas, & non

subsistere, satis enim est vel unam subsistere, vel Papam supponere in genere se ex iustis causis moveri: l. *unica*, c. *de Metropol. Beryto*: ut optime duabus Rota decisionibus allegatis, notavit Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 11. ex num. 98. usque in finem*.

Ex quibus etiam sequitur, non obstante appellatione, ad ulteriora esse procedendum in erectione novae Cathedralis, & in formando Capitulo, portionibusque Canonice assignandis, ceterisque exequendis: cum appellatio non suspendat: c. *Ad audientiam*, *de Eccl. adif. l. 9. tit. 10. p. 1. Salga. de protecl. Reg. p. 3. c. 5. n. 42.*

Jam vero nova Cathedralis erecta ex difmembratione, alterius, quibus legibus gubernanda sit non abs re inquiritur. In qua questione breviter dicas, quod dum legibus & statutis a legitimo Superiore stabilitur, a Sede Apostolica confirmatis, iidem regitur, quibus Ecclesia illa gubernatur, a qua ipsa divisa & difmembrata est; per tex. & DD. in l. *Si eadem*, ff. *de offic. Assessor. & in l. unica*, c. *de Metropol. Beryto*, & pluribus resolutis Soloz. *de India. lr. 10. 2. l. 3. cap. 5. ex num. 64.* ubi differentiam notat inter has, inferiores Ecclesias; ut in his supradicta procedant; inferiores vero circa non exprella secundum leges Metropolitanarum Ecclesiarum gubernentur: per tex. optimum in c. *Cum olim*, *de censib. juncto cap. De bis*, 12. *distin.* ibi, *num. eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana Sede cognoverint institutum.* Quod primum de Civitate Regia statutum fuerat circa jura Civilia, in l. *unica*, c. *de Metropol. Beryto*: adde Soloz. cum pluribus *supra n. 66.* Et licet tex. in d. c. *De bis*, & de Metropolitana loquatur, tamen de Cathedrali intelligitur, ex Barbof. in *collect. ad eum text. num. 1.* de quo videnda sunt quae notavimus in *tract. de unione & perenni Cathedralitate Caesar augustana*, in *Templo S. Salvatoris*, c. 2. nu. 51. & *seqq.*

C A P U T V I I.

De causis Translationis Ecclesiae Cathedralis:

S V M M A R I V M.

Translatio quid sit, 1. & 121.
 Translatio & Mutatio pro uno sumuntur, 2.
 Cathedralis non possunt mutari absque decreto Romani Pontificis, 3.
 Propria auctoritate Episcoporum transferri non possunt, 4.
 Si auctoritate Episcoporum mutantur, vel transferantur, perdunt Cathedralitatem, 5.
 Translationes ex utilitate vel necessitate fieri debent, 6. & seqq. item 10. 31.
 De mutatione status quando tractetur, 7.
 Utilitas, vel necessitas particularis non attenditur in Translatione, 8.
 S. Petrus quare de Antiochia Romam transfuit Cathedralis, 9.
 Cathedralis de sui natura immutabiles, 10.
 Reliqua SS. Apostolorum Petri & Pauli quare translatae, 11.
 Causae Translationis plures numerantur, 12.
 Difficultas audeandi loca, 13.
 Cum malorum societate gravantur, 14. 17.
 Si continuus bellis vel hostium incursus vexentur, 15. 19.
 Persecutio, bella continua, pestes, inundationes, incendia, 16.
 Aeris intemperies, 17. & seqq.
 Meliorationis causa transferuntur Ecclesiae Cathedralis, 18. 27.
 Sterilitas etiam est causa Translationis, 19.
 Depauperata Ecclesia uniri vel transferri debet, 20.
 Malitia populi odio Episcopum prosequentis, an sit causa Translationis [Cathedralis], 21.
 Est causa Translationis Episcopi, ibid.
 Si alio modo potest succurri non debet transferri Cathedralis, 22. 32. 39. 52.

Ab hostibus devastata, vel populo destituta civitate, alibi transferenda est Cathedralis, 23.
 In diminutione civitatis, ratio habenda est prioris status, 24.
 Propter rebellionem civitatis erga Romanam Sedem fit Translatio, 25.
 Locus periculosus quando sit causa Translationis: ubi exemplum ponitur, 26.
 Gentiles deorum suorum sana solebant transferre ex causa, 28.
 Causae Translationis Episcopi non sunt causae Translationis Ecclesiae, 29.
 Causa debet esse perpetua ut Ecclesia transferri possit; ad transferendum Episcopum sufficit temporalis, 30.
 Sedans scandalum, pacis & concordiae causa transferuntur Cathedralis, 31.
 Dummodo alio modo sedari non possint, 38. 53.
 Iusta existens causa Translatio fieri debet non obstante contradictione: secus si ob honorem personarum, 33. 52.
 Si intra Diocesim potest transferri, alio non est transferenda, 34. 36. 41.
 Dignus non potest uniri minus digno, 35.
 Augmentum beneficiorum est causa Translationis, 37.
 Concordia cum seclione beneficii fieri non debet, 38.
 Si defectus Ministrorum suppleri potest, Vno vel Translatio fieri non debet, 39.
 Diminutus fructibus quando minui debeat numerus Præbendarum, 40.
 Ecclesiarum Cathedralium varia mutationes, 41.
 Causa perpetua & temporalis differentia explicantur, 43.
 Ex causa temporalis Translatio facta tantum durat quantum causa, 44.
 Translatio Monialis ad tempus, dos, & alia in primo remanent monasterio, 45.
 Bona Monialis translatae ad quem spectent, 46.
 Translatio Ecclesiae, ibi aliqui vel plures Clerici remanere debent, 47.
 Translatio fieri potest destruendo locum, vel illum dimittendo, & de utriusque differentia, 48.
 Dimisso loco aliquid relinquatur in memoriam pristinae dignitatis, 49.
 In Translationibus consensus Episcopi & Cleri concurrere debet, 50.
 Item Regum qui sunt Patroni illarum Ecclesiarum, 51.
 Reges Hispanie sunt Patroni Ecclesiarum Cathedralium, ibidem.
 Expensa facta a consentire debente, facit praesumi consensus, 54.
 Tenor Translationis in sciendum ut cognoscatur translatus, 55.
 Probatio debet esse certa, alias non attenditur, 56.
 Translatio pensio quomodo solvenda, 57.
 Effectus Translationis enumerantur, 58. & seqq.
 Translatio facit locum assumere naturam translatae, 59.
 Antiqua Cathedralis per Translationem amittit privilegia, 60.
 Translatio Episcopo, non transferuntur Sedes, 61.
 Ecclesia quae remansit Cathedralis in habitu, post Translationem, an appellari possit Cathedralis, 62.
 Reservatis iuribus appellari potest Cathedralis, 63.
 Privilegio concesso, non sufficit illud habere in habitu, 64.
 Differentia Translationis propter delictum, & eius quae ob aliam causam fit, 65.
 Translatio loco & Dignitate, nihil remanet: secus si locus tantum transferatur, 66.
 Translatio Cathedralis, in dubio reservata iura non praesumuntur, 67.
 Ecclesia unita retinet sua privilegia; Translatio contra, 68.
 Episcopus cedendo loco & Dignitati retinet ea quae sunt Ordinis, non vero ea quae sunt iurisdictionis, 69.
 Privilegia transferuntur una cum Ecclesia translata, 70.
 Ministri antea Exempti, tales remanent, 71.
 Cives subrogati, privilegia priorum gaudent, 72.
 Monachus venenians Abbatia, remanet primi Monasterii Religiosus donec Translatio perfecta sit, 73.
 Frances de Eccl. Cathedr.

Privilegia aliqua conservari in memoriam pristinae divisionis quomodo intelligendum, 74.
 Ecclesia Oxoniensis quare translata: & ubi, 75.
 Omnes aliae Cathedralitates fieri debent in Ecclesia translata, 76.
 Omnes Reliquiae & Corpora Sanctorum transferuntur ad eam, 77.
 Dum aliquis est in officio, non debet privari competentibus ratione illius, 78.
 Fructus Ecclesiae translatae ad Ecclesiam translariam pertinent, 79.
 Et a quo tempore, 80.
 Actio spoliis conservatur Ecclesiae translatae, 81.
 Missae, vel aliae fundationes, veluti Anniversaria an transferantur cum Ecclesia, vel locus sit substitutus: 82. & seqq.
 Translatione facta, omnia pertinent ad Ecclesiam translariam, 83.
 Translatio Ecclesiae, in alia celebrande sunt Missae quae in prima erant fundatae, & alia, 84.
 Et quomodo intelligatur, ibid.
 Realia transeunt cum Translatione, 85.
 Missae Confraternitatum transeunt ad locum ad quem mutatur Confraternitas, 86.
 Privilegia quomodo transeunt cum Translatione, 87.
 Translatio debet esse perfecta ut transeant omnia ad Ecclesiam translariam, 88. 119.
 Monachus donec proficatur in secunda Religione, semper censetur primi monasterii, 89.
 Episcopo translato, quando secunda Ecclesia dicatur Episcopatus, 90.
 Eminentissimus Cardinalis Sandoval invitus ex Ecclesia Giennae ad Toletanam translatus, 91.
 Translatio Ecclesiae, transferuntur persona, 92.
 Translatio Ecclesiae, destructus remanet status primi loci, 93. 116.
 An requiratur profanatio, 94. & seqq.
 Translationis & dimissionis Ecclesiae differentia, 96.
 Translatio Ecclesiae legibus eius ad quam transferatur debet gubernari, 98.
 Verba loquentia de translato, non possunt intelligi in eo, qui transfertur, 99.
 Sacerdotio translato, Legis translatio dicitur, 100.
 Translatio principalis, omnia accessoria transferuntur, 101.
 Translatione transfertur dominium, 102.
 Translatione extinguitur status, & beneficium, 103.
 Translatio Cathedralis, Ecclesia assumit omnes honores Cathedralis, 104.
 Monachus exemptus ab Ordine, remanet subiectus Ordinario, 105.
 Iura quae Translatio Ecclesiae debebantur, competunt novae, 106.
 Translatio censetur facta cum bonis Ecclesiae antiquae, 107.
 Translatio Cathedralis ad aliam Cathedralis, prima definit esse Cathedralis, 108.
 Idem in Parochialis, ibid.
 Una Ecclesia, sponsa non potest esse duorum, 109.
 Exercitium potest esse penis duos, 110.
 Translatione facta, secunda Ecclesia iisdem utitur iuribus ac prima, 111.
 Translatio Cathedralis, omnia pertinent ad locum ad quem fuit facta Translatio, 112.
 Si concordatur aliter, id servandum est, 113.
 Ecclesia Carthaginensis, quare ad civitatem Murciam, & quo tempore translata: 114.
 Ecclesia translata Cathedralis, privilegium quadraginta passuum immunitatis competit secunde, 115.
 Palatium Episcopi, translata Cathedralis, omnia perdit privilegia, 116.
 Quae non sunt transmissibilia, non transeunt cum Translatione, 117.
 Mortuo Episcopo, quae transeunt in Capitulum, 118.
 Translatio quando effectivata dicitur, 119.
 Translatione in forma gratiosa facta, a die Gratiae omnia transferuntur, 120.

habimus, & ex illis jam ibi tractatis aliqua etiam breviter
 59 peccentremus. Translata de uno in alium locum Ecclesia,
 illic locus ad quem transfertur assumit naturam translata,
 quia nobilitas est, & remanet Cathedralis; antiqua vero
 amittit privilegia: Innocent. in cap. 1. in princ. vers. Si ve-
 60 ro de uno, ne Sede vacante. Grat. discept. 291. num. 1. ubi late
 materiam per totum illud caput pertractat. Ad idem videnda
 optima decisio Seraphini 1149. per tot. præcipue num. 16.
 late Manus allegat. 66. n. 1. vers. Quamvis, ea ratione, quia
 casus mortis equiparatur casui Translationis: ut notabi-
 mus c. 1. de var. dub. quæ suboriri solent post non. Cath. erecti.
 n. 23. Secus autem est in Episcopo; quia Translato Episco-
 61 po, non transfertur Sedes: ut bene distinguit Rebuff. in
 præx. d. tit. de Translat. Episcop. n. 16. & ita tenet DD. in c.
 1. ne Sede vacante. & in terminis Rebuff. in præxi. d. tit. de
 Transl. Episc. num. 17.
 62 Sed si Ecclesia translata in habitu remansit Cathedralis,
 non tamen in actu; an appellari possit Cathedralis dubita-
 ri potest? In qua questione dicendum est non posse, si ju-
 ræ reservata non fuerint, (reservatis enim iuribus, du-
 bitari non potest: leg. ult. de Senat. & pluribus relatis Gui-
 63 do Papa dec. 377. in addit. Joan. de Cruce.) quia cum privile-
 gium seu beneficium conceditur ratione Officii, non suffi-
 64 ciat illud habere in habitu, sed requiritur actus exercitii,
 ut cum Baldo in l. sed & miles 10. §. Præmiliaris, de excus-
 tion. Paris. de Puteo de syndic. verb. Elect. vers. in officio, n.
 7. tenet Gratian. num. 20. cum sequen. Quod procedit dum-
 modo Translato facta fuerit in penam delicti; secus vero
 si ex causa non culpabili: ut cap. 11. de dubiis que suboriri so-
 65 lent post erectionem Cathedralis, disputabimus, & constat
 late ex adductis ab eodem Gratian. ex num. 24. cum pluribus
 seq. Part. d. lib. 1. de resig. benef. q. 17. ex n. 1. Secus autem si
 66 Translato fuerit facta cum translatione loci & Dignitatis:
 ut per DD. in c. Cupientes, §. Denique, de elect. in c. Grat.
 nu. 57. ex ratione text. in c. 1. de transl. ab Episc. facienda,
 ubi distinguitur inter renuntiationem loci, & renuntiationem
 loci & Dignitatis, ita ut primo casu aliquid remaneat,
 in secundo vero nihil: late Flamin. Part. de resig. benef. lib.
 1. q. 17. ex num. 5.
 67 In dubio autem reservata esse hæc jura non præsumuntur
 nisi in memoriali possessione probetur ea fuisse retenta, vel
 in Translatione constat: ita in terminis citato Paris. de resig.
 benef. lib. 6. q. 1. n. 65. tenet Gratian. num. 71. plus enim
 est transferre quam unire, dixit Rebuff. in præx. tit. de
 68 Transl. Episc. n. 1. cum unita Ecclesia, sua retineat privilegia;
 sed translata, ea amittit, nec remanet in suo pristino
 statu; ut scribit Lapus alleg. 68. Sed hæc confusio videtur dicta,
 cum ad hoc ut sua retineat privilegia etiam in unione, ne-
 cesse est, ut æque principaliter fiat, ut c. sequenti de unionibus
 dicemus: in Translatione vero, ad hoc ut amittantur, ne-
 cesse est ut mutetur status modo quo explicuimus: sed de
 hac materia, vide ea que late disputabimus cap. 9. infr. de
 69 causis privandi Ecclesias Cathedralis, ubi ad longum dis-
 putabimus an remaneant privilegia Ecclesie private Cathedra-
 litate: que omnia casu nostro optime applicantur. Secus
 autem est in Episcopo, qui etiam si Episcopatu renun-
 tiaverit, cedendo loco & Dignitati, retinet ea que sunt
 Ordinis, non vero ea que sunt Jurisdictionis: tot. tit. Extr.
 de Ordin. ab Episc. qui renunt. Episc. & ibid. DD. quia re-
 70 tinet Characterem: ut late Paris. dist. quest. 17. ex num.
 15. que ratio cum Cathedralibus applicari non possit,
 nec ratio æqualitatis quoad retentionem privilegiorum
 militat.
 71 Secundus effectus est, quod prima Ecclesia amittat privi-
 legia, & in aliam transferantur: DD. in c. Si quis vult, 16.
 q. 7. quod intelligendum est in privilegiis que concernunt
 personam, non vero rem. l. 2. §. 11. ff. de privil. credit. l.
 tempus, in fine, ff. de re iudic. Oldrad. conf. 267. Quod Do-
 72 mino, num. 2. & sic Ministri, qui antea erant Exempti, pos-
 tea Exempti remanebunt: ut in Ministris Magalonæ probat
 Rebuff. num. 19. per text. in c. Per exceptionem, de privil.
 & per Franc. in c. Cum persona, in fine, de privil. in 6. Man-
 73 dol. A trad. de sig. Grat. §. Translationes, vers. fin. Exem-
 plum ponens in Civibus subrogatis, qui gaudent privile-

giis priorum Civium: late Bertr. conf. 192. Multa: num. 16.
 ex nova Impres. exemplo Monachi, qui renuntians Abbatia,
 remanet Monachus secundum Monasterium, & non primi-
 73 mi à quo fuerat translatus, quia per Translationem ritè fa-
 ctam, renuntium fuit omni jure sibi competenti in primo:
 cap. Ne pro convalescat, 16. q. 1. c. 18. q. 1. Part. d. lib.
 1. de resig. benef. q. 17. ex n. 25. nisi forte illa privilegia con-
 servata fuerint in memoriam pristinae Dignitatis: ex Rota
 74 decis. 616. p. 1. recens. Quod tamen intelligendum est, quo-
 tiescumque non transfertur titulus dumtaxat, pro commo-
 75 diori loco, ut observat Lott. d. lib. 1. de re benef. q. 12. n. 44.
 ut accidit in Ecclesia Oxoniensi, quæ ex Civitate ad Bur-
 gum translata fuit.
 Tertius effectus est, quod omnes actus concernentes
 Cathedralitatem, fieri debent in Ecclesia translata: velu-
 76 ti Chriftina, & cetera que jure Cathedralis ad ipsam spe-
 ctant: probat Rebuff. in præx. dist. tit. de transl. Episc. nu-
 mer. fin.
 Quartus, Reliquæ, quæ erant in Ecclesia antiqua, vel
 77 Corpora Sanctorum, illa etiam transferuntur, concurren-
 temente præsertim una de quatuor causis, de quibus in c. Tri-
 bus ex causis, de Consec. dist. 1. juncta Gloss. que quartam
 addit, Meliorationis: & c. 1. eodem tit. Mandol. sup. dist.
 78 tit. de sign. Grat. verb. translationes, vers. si in Parochialis:
 & cum Archid. & Bellam. probat Lott. de re benef. lib. 1. q.
 12. n. 39. ex ratione text. in c. Nonne, §. 4. c. Quæria, de
 elect. c. Consultationibus, de iure Patron. ubi quædiu ali-
 quis est in officio, non potest privari omnibus sibi ratione
 officii competentibus, ex Flaminio Part. ubi proximè, n.
 79 fin. & Lott. d. q. 12. n. 39.
 Quintus effectus est, ut translata Ecclesia à tempore
 80 Gratiæ, fructus omnes illius Ecclesie primæ ad secundam
 pertineant, eo modo quo in Translatione Episcopi, expli-
 cavit Lott. de re benef. lib. 1. q. 12. ex n. 22. quæ doctrina sub
 distinctione intelligenda est, ut si voluntate & consensu Ec-
 81 clesie Translato fiat, statim amittit fructus; si vero econ-
 traria, Papa ob utilitatem vel necessitatem Gratiam conce-
 dat, fructus lucratur quoad usque Gratiæ fit executioni
 mandata; ex pluribus adductis à Lott. ponente exemplum
 in Episcopo d. lib. 1. q. 12. num. 22. cum seqq. & anteced. ubi
 notat ab hac Regula excipi actionem spolii, quæ semper
 82 conservatur Translatæ: Bellam. per text. in can. si quis iam
 translatus, nu. 1. vers. ultimo quoque, 21. q. 1. ad idem viden-
 dus Barbol. in Pastor. allegat. 119. ex num. 7. cum sequen-
 tibus.
 Verùm in hoc pulchra fe offert disputanda questio: 83
 Ponamus inquam plures fundatas fuisse Missas in Ecclesia
 translata, & in casu voluntatis, vel impotentie celebra-
 84 di, fuisse alios substitutos; queritur an translata Ecclesia,
 Missarum solemniam ad substitutos, an vero ad Ecclesiam
 translatarum pertineant? In qua pluribus relictis, dicen-
 dum est quod Translatione facta ab habente potestatem,
 omnia jura Translatæ pertinent ad eam Ecclesiam ad quam
 fit Translatio: c. Et hoc diximus, ubi Gloss. 16. q. 6. c. Ab-
 85 bati, in fine, ubi Gloss. de verb. sig. hinc est quod si expres-
 se non constat de contraria mente testatoris, sive fundato-
 ris, in Ecclesia translataria celebranda sunt, præcipue si
 86 locus non fuit contemplatus, sed personæ, quæ amittere
 non debent legatum in dubio absque ipsorum culpa, vel si
 locus non fuerit destinatus per demonstrationem personalem,
 veluti in Ecclesia sancti N. sed generaliter in Ecclesia
 putà Cesaravugustana, vel si locus non fuerit expressus cum
 mysterio, etiam si apponatur in eadem oratione, quo casu
 non restringitur dispositio: auth. cassia, ubi Gloss. C. de sa-
 87 crof. Eccles. ut optime & magistratraliter decitum fuit apud
 Seraph. d. dec. 1149. per totam, quæ omnino videnda erit.
 Cujus resolutionis ratio est, quia hoc tamquam late trans-
 mit cum Ecclesia: de quo vide optime Solorza de Inhar. iur.
 tom. 2. lib. 3. c. 23. num. 44. & pluribus sacre Rote decisio-
 88 nibus probat Carolus Maranta tom. 3. contron. responso 75. ex num.
 38. in fine. Secus autem esset si Missæ fuissent Confrater-
 nitatum, quibus licitum est Ecclesiam mutare, & cum
 Translatione non transferuntur: ut docet Tondut. de San-
 89 leg. in quest. & resol. benef. 1. p. cap. 43. per totum, præcipue
 num. 15.

num. 15. conduunt etiam ab ipso tradita cap. 65. & quod in
 85 dubio contem plata fuit Ecclesia prima in fundatione, ra-
 tione loci & devotionis, probat Millinus decis. 384. num. 5.
 quem videas: vide etiam c. 2. 5. infr. de Confratern. Eccles.
 Cath. ex n. 446.
 86 Unde ad perfectam intelligentiam questus, distinguen-
 dum est circa hæc bona, supponendo idem procedere in
 87 privilegiis que competunt Religionibus alicui, & que facta
 translatione loci amittuntur; secus si privilegia loco trans-
 lato competent: ut ex Feder. de Senis conf. 32. col. 3. cir-
 ca finem, vers. non obstat: juncto text. in c. 2. de Capell. Mo-
 nac. docet Card. Tusc. lit. C. conc. 363. n. 4.
 88 Et ita ea que de Translatione diximus, non de Translatio-
 ne capta, sed de perfecta & executioni mandata intelligenda
 89 sunt, ita ut quoad usque plenè sit translata, omnia in prima re-
 maneat exemplo Monachi, qui semper primi dicitur Mona-
 sterii donec translatio plenum fortia fuerit effectum: Rebuff.
 in Concord. tit. de Regia ad Præla. nomin. §. Plur. ver. concessa,
 90 in fine: Tondut. de Sanleg. in quest. & resol. benef. c. 65. nu.
 23. & passim in Episcopo translato tradunt DD. de quo late
 idem Sanleg. ubi proximè p. 2. c. 4. §. 6. n. 10. cum seqq. & me-
 91 lius Lott. de re benef. d. lib. 1. q. 12. ex num. 11. lib. 2. quest. 28.
 num. 79. Card. Tusc. lit. T. conc. 364. per totam, Barb. late
 de univ. iur. Eccles. d. lib. 1. c. 19. ex num. 38. ad idem est de-
 92 cisio Rote 475. p. 1. recens. qui junge eundem Barb. in votis
 91 decis. voto 123. ex num. 11. ubi de translatione Eminentissimi
 Cardinalis Sandoval ex Ecclesia Giennen. ad Toletanam
 traditur.
 92 Sextus effectus est, ut translata Ecclesia, prout est do-
 mus divina, constans certa structura cum beneficiis & cæ-
 teris omnibus ibi consistentibus, jux. text. in can. tribus 36.
 ubi DD. de Consec. dist. 1. tunc consequuntur ad Translationem
 veniunt personæ, & omnia jura supra relata: Lott.
 d. q. 12. n. 39.
 93 Septimus effectus est, per Translationem distractum
 remanere statum prioris Ecclesie respectu loci: Lapus alleg.
 68. n. 8. ubi Addit. in ver. Chorus, vers. ultimus status Eccle-
 94 sie: taliter quod non est necessaria aliqua execratio seu pro-
 fanatio adificii; nam consecratio illa sive benedictio, que
 tamquam simplex accidens adiacebat, simul deficit: ex
 Ugoli. de offic. Episc. c. 28. num. 4. in 2. argum. vers. Postremo
 95 consecratio: Lott. d. q. 12. ex n. 41. Quod mihi non placet;
 nam licet verum sit per Translationem omnia jura in Ec-
 clesiam, cui fit, transferri; hoc non potest intelligi in his
 rebus, quæ remanent substantia domus sacre, ei tam-
 quam Ecclesie pertinent: unde consecratio sive benedictio
 per quam Deo optimo maximo illic locus fuit dicatus, non
 amittitur per Translationem donec destructus vel profana-
 96 tus sit; sicut paramenta, ornamenta, & vasa Ecclesie;
 & ideò gaudet immunitate & cæteris privilegiis Ecclesie,
 prout Ecclesie gaudet, & quibus nihil est commune cum
 Translatione; si ergo hoc Translationi officeret, con-
 cederem utique; cum ergo nihil commune cum ea ha-
 beat, nihil officit quod hæc privilegia et conserventur,
 præcipue cum in jure cautum nullibi reperitur per Trans-
 97 lationem solam, locum ipsam profanari.
 Hocque innum. Lapus & Lott. ubi prox. dicentes, intelli-
 98 gendum esse, quando Ecclesia transfertur, & non dimittitur,
 ita ut quando dimittitur, ibi Presbyter remanere debeat, in
 quo representetur imago quedam antiqui status, & ideò ei
 reverentia debetur in memoriam pristinae Dignitatis; nam si
 ibi remanet locus, & non profanatur vel destruitur; quid
 interest inter Translationem & dimissionem: cum
 utroque casu verum sit dicere, nunquam parietes mate-
 99 riales transferri vel dimitti, sed formalis Ecclesie tantum
 transferri, ita ut quæ in uno vel altero casu ista privilegia
 remaneant.
 97 Octavus. Non amplius potest denominari ut prius;
 cum facta Translatione debeat assumere naturam illius ad
 quam fuit facta translatio: Innoc. in cap. 1. in princ. vers.
 Si vero de uno: ne Sede vacante: Gratian. discept. 291.
 num. 1.
 98 Nonus. Translatio ita fit, ut in loco translato isdem
 legibus quibus antea gubernetur; nisi translatio accessio-

riè per modum Unionis fiat, vel nisi transferatur cum eadem
 Jurisdictione simpliciter, aut secundum quid; ut pluri-
 bus relatis resoluit Grat. discept. 9. n. 20.
 Decimus. Verba loquuntur in Translatione de Trans-
 99 lato, non habent locum in eo quod transfertur; quia primum
 supprimitur, quod debet præexistere: Oldrad. conf. 284.
 numer. 3. Cardin. Tusc. lit. T. conclus. 361. nu-
 mer. 4.
 Undecimus. Translato Sacerdotio, translatio legis
 100 facta dicitur: cap. Translato, de Constitut. Tusc. supra
 num. 6.
 Duodecimus Effectus est, ut translato principali, omnia
 101 accessoria, & connexa translata etiam censeantur: Fel-
 linus infinita ponens exempla in d. cap. Translato, Tusc.
 ubi supra n. 8. ex ratione text. in §. sic itaque, Inst. de adion.
 ubi deciditur per traditionem transferri dominium; ut bene
 102 declaravit Rota dec. 206. num. 1. post tractat. Possibij, & ita
 non solum extinguitur status Ecclesie quoad Parochialitatem,
 103 v. g. verum etiam beneficium: Rota apud Ludovif.
 dec. 405. n. 1.
 Decimus tertius. Ita omnia supradicta procedunt, ut facta
 104 Translatione, vigore cujus Ecclesia nova superioritate adepta
 fuit, omnia jura cõservet cessante causa, id est, cessante Cathedra-
 105 litalitate; sicut si à principio fuisset Cathedralis: exemplo
 Monachi qui per translationem fuit exemptus à primo Ordine,
 qui cessante Dignitate seculari, remanet subiectus Ordinar-
 106 io: ut citato Felicer. de Senis consil. 19. vers. ad
 questionem, colum. pen. tenet Cardin. Tusc. lit. T. conc.
 367. num. 4.
 Decimus quartus. Ita supradicta intelligenda sunt, ut
 106 jura tam Cathedralia, quam Patochialia que Ecclesie
 translatae debebantur, omnia sint noviter erecta sive trans-
 latorie acquisita: c. 2. ubi DD. de sepultur.
 Decimus quintus Effectus est, quod probata Translatione
 107 ne, intelligatur facta cum bonis antiquæ Ecclesie: cap. 2.
 de Reliq. dom. Rota post tract. Possibij de manu. decisione 24
 num. 7.
 Decimus sextus Effectus est, ut si Ecclesia Cathedralis trans-
 108 feratur ad aliam Cathedralis, translata desinat esse Cathedra-
 lis: exemplo Parochialis, que si in aliam Patochialis trans-
 feratur, desinit esse Parochialis: ut per Mand. in præx. Sig. Gra.
 109 tit. de Transl. vers. Quando Parochialis Ecclesia: quia darentur
 duo beneficia curata, respectus unius Ecclesie, quod est
 absurdum; cum hoc modo à duobus regeretur, & fieret sponsa
 110 duorum: contra dispositionem text. in cap. Sicut in una,
 21. quest. 1. & per hoc fundamentum resoluit Rota apud
 Ludov. decis. 377. num. 3. licet exercitium possit esse penes
 duos, vel plures: Beltramin. in addit. ad Ludov. dec. 370.
 num. 11.
 Decimus septimus. Inferitur ex dictis facta Translatione,
 111 ne, Ecclesiam, ad quam facta fuit Translatio, isdem iuribus
 uti debere, quibus utebatur antiqua: l. Translatio, l. Caio,
 ff. de adim. legat. Rota apud Farin. in recent. deci.
 122. num. 10.
 Decimus octavus. Translata Cathedrali ad alium locum,
 112 ita censetur una, ut omnes effectus pariat, qui ad primam
 spectabant; & ita licet examen testium in loco non concor-
 dato nullum sit, c. Statutum, §. in illo quoque, de rescript.
 in 6. tamen si concordatur pro examine in loco Cathedralis
 113 que translata fuit, examen optime fit in Civitate translata,
 de quo est optima decisio Pennæ 687. Oriolen. fructuum,
 24. Novembr. 1600. num. 3. in recollectis à Frances, que lo-
 114 quitur in Cathedrali Cathaginen. que translata fuit in Civitatem
 Marciam, propter opportunitatem portum & significatum
 ab invictissimo semper Carolo V. Romanorum Imperatore,
 & Hispaniarum Rege Catholico, & per DD. in c. 2. de
 115 novi oper. nunt. Pena dec. 117. num. 6. & 7. ubi late Mantica
 dec. 9. n. 3. & 4.
 Decimus nonus. Translata Cathedrali, privilegium im-
 116 munitatis, quod per 40. passus habebat, ex text. in c. Si-
 cut antiquitus, 17. q. 4. amittit: & ad 30. reducitur: sicut
 etiam Palatium Episcopi amittit immunitatem: Marius Italia,
 quem sequitur Barb. in collect. ad text. in cap. id constitutum,
 17. q. 4. n. 1.

Quando à die præstiti consensus effectuat a censeatur, 121.
 Executor Translationis si excedat, spoliatus potest agere de spolio, & omnia conferat, 122.
 Si exceptio requirit altioris indignem, ad petitiorum remittitur, 123.
 Exceptio invaliditatis provisionis non admittitur, 124.
 Translatio facta ex falsa causa in parte an valeat, 125.
 Pensio reservata cum clausula, dummodo dimidiam partem fructuum non excedat, reducitur; sed non est nulla si excedat, 126.
 Incolæ civitatis an sint partes legitime ad petendam Translationem, 127.
 Sufficit docere apparenter de interesse, ut quis ad causam admittatur, 128.
 Populus sæpe contra commodam propriam laborat, 129.
 Si ante periculo in mora, an possit executor procedere abbreviatis terminis, 130.
 Episcopus an possit mutare de loco ad locum Cathedralium Ecclesiam, 131.
 Ex causa potest Episcopus uni auferre, & alteri dare, 132.
 Episcopus intra eandem civitatem de uno ad alium locum potest mutare Cathedralium, 133.
 Ligna & alia Ecclesie translatae & diruta tigna non debent in profanos usus converti, 134.
 Translata Ecclesia ad locum ubi nova fieri debet, cuius expensis illa sit fabricanda, 135.

Hactenus tractatum est de causis erectionis novæ Cathedralis, nunc verò de causis Translationis agamus. Et quidem Translatio est de una Ecclesia ad aliam migratione, seu mutatio: cap. Mutationes in princ. 7. q. 1. ubi pro eodem sumitur Translatio & Mutatio, ita Mandol. in tract. de Signat. Grat. verb. Translationes, in prim. Panorm. q. 1. num. 45. latè Azor. Instit. mor. p. 2. lib. 6. c. 30. per totum, folio 255. Ad idem est text. in l. translatio, ff. de adm. & transfer. legat. Oldrad. conf. 284. num. 3. Card. Tusc. lit. T. conf. 361. num. 1. Barbof. in votis decis. voto 123. numer. 12. Et supposita reservatione Pontificis circa mutationem Ecclesiarum Cathedralium, de quibus in c. 1. de transl. Episc. Azor. Instit. mor. p. 2. lib. 6. cap. 30. quest. 5. & DD. citati sup. in cap. 3. quibus Cathedralis Ecclesias erigere possit. Barbof. in Pastor. 7. p. alleg. 50. n. 5. & notant DD. in c. cum inferior, de de maior. & obedi. cum propria auctoritate fieri prohibitum sic etiam in Episcopo, d. c. Mutationes: & c. 1. de transl. Episcop. sub pœna privationis utriusque Ecclesie: c. quanto eod. tit. c. si quis Episcopus, 7. q. 1. Tondut. de Sanleg. tom. 1. q. 9. resol. benef. p. 2. c. 4. §. 6. n. 11. & 12. certum est, illas ex causa utilitatis vel necessitatis fieri debere; & aperte probatur per text. in d. c. Mutationes, 7. q. 1. Et quidem hic non de mutatione status Ecclesie noster est sermo, de quo est text. in c. Inter quas nor, de Relig. doms. & videndus latè Monet. de commut. ult. volunt. c. 11. ex n. 82. & 120. sed de mutatione hoc est Translatione Ecclesie, de qua Rebuff. in praxi, tit. de transl. Episcop. & aliorum, & quando fieri possint: fol. miki 198. & alii in discursu citandi: quare in eis communis semper utilitas vel necessitas Ecclesie, & non verò particularium suspicienda est. Exemplum est in Sanctissimo communi totius universalis Ecclesie Patre Petro Apostolo, primo Jesu Christi Vicario, qui hac de causa Cathedraliam suam Antiochia Romanam transfudit; de quo est text. in d. c. Mutationes, 7. q. 1. Roman. conf. 352. n. 17. cum seqq. Lotter. de re benef. l. 1. q. 12. num. 10. latè Barb. de univ. l. 1. c. 19. ex n. 28. & de eadem Translatione loquitur text. in c. In apibus, §. Ecce, 7. q. 1. Mandol. supra, tract. de signat. Grat. verbo, Translationes, vers. transferuntur aliquando: & text. in c. B. Petrus & Paulus, 2. q. 7. Sic Ecclesie Cathedralis, quæ sua natura immutari non possunt, suadente necessitate vel utilitate mutantur: d. c. Mutationes, & ex Roman. observat Card. Tusc. lit. C. Concl. 362. ex nu. 1. & 2. ubi ponit exemplum in mutatione Reliquiarum SS. Apostolorum Petri & Pauli ex eadem causa, d. c. Tribus, juncto c. 3. de Consecr. distin. 23.
 His prælibatis, causæ Translationis principaliter reperiuntur notatæ à S. Augustino in c. tribus, de Consecr. dist.

1. Prima est propter perfectionem, vel cum necessitas Perfectionum loca sancta gravaverit, Sanctorum loca debent mutari.
 Secunda Translationis causa est propter difficultatem adeundi loca; ut notavit Duran. in Rat. diuin. offic. lib. 1. c. 1. num. fin.
 Tertia est, cum malorum societate gravantur: Azor. Instit. mor. p. 2. lib. 6. c. 30. q. 9. qui in Translatione Episcopi loquitur.
 Quarta, si continuis bellis, vel crebris hostium incursums divexentur, c. Quorundam, dist. 74. & notatur in d. c. rribus. Card. Tusc. lit. C. Con. 363. per totam, Mantio. dec. 333. Persecutio oriri potest propter continua bella, pestes, incendia, vel inundationes: c. Decimas, 16. q. 1. Azor. Instit. mor. d. lib. 6. c. 28. qu. 4. ut notavit Lotter. de re benef. lib. 1. c. 11. Difficultas verò locorum consistit in aeris intemperie, de qua in c. Si quis etiam, de consecr. distin. 1. & notatur in c. Ad audientiam, de Eccl. edif. Societas verò malorum hominum reperitur in c. a. nos, 15. q. 2. Verum ibi potius de extinctione & privatione Ecclesie propter delictum, quam de Translatione loquitur: & de eo latè cap. 9. infr. de Causis privationis dicimus; nisi ejus textus decisionem intelligamus de privatione Ecclesie propter necem Episcopi, & Translatione, five unione ad aliam, ut ipse textus loquitur. Et plura circa hujus capitis materiam vide infra, c. 9. ex n. 105.
 Quinta causa transferendi Ecclesiam Cathedralium, est causa meliorationis, de qua est text. in c. si quis vult, antep. 16. q. 7. si enim Locus Cathedralis aeris intemperie coinquinatus sit, & ob hanc causam frequenti pestis flagello castigetur, vel soli sterilitas adeo sit magna, ut ibi commodè habitari non possit, mutari potest Ecclesia, c. Ecclesias, 7. q. 7. c. Mutationes, c. Episcopus, cap. Scias, 7. quest. 1. Azor. Instit. mor. 2. part. lib. 6. cap. 30. quest. 3. atque ideo si propter hostiles incursums Ecclesia ita depauperata est, ut vel non inveniatur Ministros, vel ineptos inveniatur, unienda est vel transferenda: per ea quæ tradunt Hosti. & Joan. And. in c. Quia Monasterium, de relig. doms. Camppeg. de union. n. 9.
 An verò malitia Populi suum Episcopum & Pastorem odio prosequentis, sit causa mutandi Ecclesiam? dubitari potest; Et licet hæc sit causa mutationis Episcopi, cap. Ita vos, 25. q. 2. c. Sicut, 7. q. 4. Azor. d. c. 30. q. 9. tamen non credo causam esse mutationis Ecclesie, quia licet diximus in c. 6. de causis erigendis novas Cathedralis, quotiescumque alio modo subveniri potest absque erectione vel sectione Ecclesie, fieri debet: at hic transferendo Episcopum, causa cessabit, ex text. in c. Nisi cum pridem, de renum. ubi DD. Barbof. in Pastor. alleg. 113. nu. 8. ergo non est cur mutationem demus Cathedralis: alius de facili mutaretur. Secus autem esset, siodium ita crederetur, ut suum interficeret Pastorem, quo casu Civitas privanda est Cathedralitate, vel etiam privatur ipso jure, ut infra c. 9. de causis privationis latè dicemus.
 Sexta, si civitas fuerit ab hostibus devastata, vel sit à suo Populo destituta, c. 2. de relig. doms. c. Quia monasterium, eod. tit. Sed in hac diminutione Civitatis necesse est haberi rationem prioris temporis: ut ex text. in d. cap. temporis, 24. 16. qu. 1. notat Camppegus tract. de union. n. 8.
 Septima, propter rebellionem Civitatis erga Romanam Sedem, unio fit Ecclesie rebellis, seu Translatio ad locum non rebellem: idem Camppegus n. 10.
 Octava, quando locus est periculosus, quia ibi sunt prædones qui non possunt expelli, cap. Ecclesias, ubi Gloss. 16. quest. 7. Rebuff. in praxi. dist. tit. de Translat. Episc. 8.
 Nona, meliorationis causa, accedente consilio Episcopi & fratrum suorum: per textum in cap. Si quis vult 16. q. 7. facit text. in cap. 2. in fine, de statu Monach. Rebuff. supra, pensens exemplum in Ecclesia Magalona, ad Montem-Pessullanum num. 7. Nec mirum est hoc procedere in Christiana Republica, quandoquidem Gentiles etiam in inanium suorum veneratione deorum idem observabant, teste Plinio minore; qui loquens de hac materia observat, quomodo idem præcepit Imperator Trajanus per hæc verba:

ba: Adem matris Deum transferre in eam que est accommodatior. Ad idem etiam videndus Paponius lib. 1. arrestor. titul. 13. arrest. 3. in Impref. de Anno 1601. in vulgari Gallo.
 Sed in hoc advertendum est, plures esse causas Translationis, de quibus in cap. Nisi cum pridem, de renum. quæ non sunt causæ Translationis Cathedralis: in quo distinguendum est; nam si causa fuerit temporalis, & personam respiciat, transferendus est Episcopus: si verò fuerit perpetua & locum respiciat, Ecclesia ipsa transferri potest: quam distinctionem necessitatis publicæ videlicet seu privatæ, in terminis mutationis Ecclesiarum, agnovit Monet. de commut. ult. vol. c. 11. n. 42.
 Et ut uno complectar verbo, multæ alie possunt esse causæ, quæ omnes ad necessitatem vel utilitatem reducuntur; velut causa sedandi scandala, & pacis & concordie causa; ut per Roman. conf. 345. num. 5. Card. Tusc. lit. T. concl. 364. n. 5. satis constat. Et quoad necessitatem sciendum est, ut quando causa proponitur, ita intelligatur ut alio modo succuri non possit: ut sæpe notavimus c. 6. de causis erigendis novas Cathedralis, juncto c. 9. infr. de causis vniendi, quæ omnia hic repetere superfluum erit. Quare quotiescumque Translatio fieri debuit, servandus est respectivè modus sicut in Unione, atque ideo iusta existente causa utilitatis, vel necessitatis, non obstat contraditio; secus si ob honorem personarum: ut citato Calderino tenet Tusc. d. concl. 364. num. 8. Quare quotiescumque accommodari potest intra Diocesim, non est alteri Episcopatu unienda: ut ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 9. & sess. 24. cap. 13. de reform. observat Isidor. Mosco. de maiest. milit. Eccles. lib. 1. p. 3. cap. 2. vers. Quando Ecclesia erit vnienda, fol. 461. Et licet hoc non possit de facili applicari Cathedralibus, cum in Unionibus aequè principaliter factis, dignior non possit uniri minus dignæ, sed bene econtra: cap. Exposuisti, de præben. cap. Super inordinata, eodem titul. lib. 6. Staphil. de Grat. expet. num. 5. Mosco. ubi proximi, vers. Vnde in talibus unionibus, tamen Translationi optimè convenit: & ita si in illa Diocesi aliqua fuerit Civitas, vel Oppidum, adeò nobile, in quo ponii potest Cathedralis; forte ibi collocanda est; & ita respectu Unionis non potest applicari: si enim facta est Unio propter pauperatam, in quacumque parte eadem causa vigeat; quare interdum per Translationem Cathedralis, interdum per Unionem urgenti necessitati succurrendum est.
 Atque ex dictis inferitur, augmentum simplex beneficiorum non censeri causam Translationis, nisi ubi Ministri non sufficerent: ut voluerunt Abbas & Molaja in cap. Vacante, de præben. Rota apud Garci. de benef. 12. p. cap. 4. num. 5. aliàs enim ut optimè ibi ponderavit Rota, nulla posset inveniri unio beneficiorum quæ augmentum cultus divini non haberet: prout etiam sectio, vel Unio beneficiorum, vel Translatio fieri non debet ad sedandas lites, si concordia vel alio pacto sedari possunt, quia concordia cum sectione beneficiorum fieri non debet: cap. Nisi essent, de præben. quare si defectus Ministrorum alio modo suppleri potest, nec Unio, nec translatio debet fieri: Rota in no. viff. p. 2. decis. 542. & hinc est, quod si Ministri sufficiunt, diminutis fructibus minui debet numerus præbendarum: Monet. de commut. ult. vol. c. 11. n. 186.
 Verum quia casus potest dari in quo Episcopo suam Sedem & Ecclesiam Cathedralium, in alium velint ut sepius accidit locum transferre; id paucis examinemus. Et quidem ex gravissima causa intra Diocesim ad loca superiora, possunt, ex text. in cap. Et temporis, 7. quest. 1. ubi Archid. Turrecrem. & alii; tradit in puncto Ferdin. de Mendoza. lib. 3. de Conclio Niberitano, c. 42. pag. 134. & sic secundum diversa tempora diversis in locis collocata fuerunt Ecclesie sanctæ Cathedralis: & passim in nostra Hispania servatum fuit, de quo vide latè Egidium Gonz. de Avila in Theatro Ecclesiarum Hispanie.
 Hæc autem Translationes duobus modis fiunt, vel quando causa est perpetua, vel temporalis five accidentalis; sicut solutio Monachi, vel ipsius Translatio, ut per text. in cap. De lapsis, 16. q. 6. notat Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 12.

n. 6. In primo casu, perpetuò durat: in secundo verò, causa durans; & illa finita, iterum restituitur: c. Pastoralis, 47. 7. q. 1. Clem. 1. de foro compet. c. 1. ne Sede vacante, Rebuff. in praxi, d. tit. de transl. Episcop. nu. 14. & 15. fol. 199. Lotter. supra. Et eadem ratione, translata Monial ad tempus, dos & cetera remanent in primo Monasterio cuius est filia; Lopus alleg. 62. de Regularibus, n. 7. in fine, & n. 8. vers. Respondetur: Tondut. de Sanlegerio in quest. & resol. benef. lib. c. 65. num. 6. ubi per totum illud Caput optimè Neotericis citatis, pertractat de omnibus bonis Monialis ad quem spectant, tam de acquisitis quam de acquirendis; & Lotter. d. c. 12. ex n. 6. ubi optimè distinguit. Et ita fieri debet in hac Translatione Ecclesie, ut in prima si fieri potest saltem unus relinquatur Presbyter, vel plures, secundum facultates, qui ibi ministrare debeant: cap. Si quis vult, 16. q. 7. Rebuff. supra nu. 18. atque ideo de stylo ponitur in Gratia, dimisso ibidem aliquo Sacerdote sive Oratorio in signum translatae Ecclesie huiusmodi, ut in Parochiali probat Mandol. d. tract. de Sign. Grat. verb. Translationes, vers. Additur etiam: & in Monasterio est text. in cap. Si quis vult Monasterium, 16. q. 7. & de duobus videndus Petr. de Peru. tract. de mut. stat. Eccles. post num. 6. Mandol. supra vers. Monasterium etiam.
 Insuper & hæc Translationes dupliciter fieri possunt, vel destruendo locum, vel illum dimittendo: si destruat, omnia quæ adiacebant veluti accidentia destruantur: Hugo de offic. Episcop. cap. 28. num. 4. in 2. argum. vers. Postremò Consecratio: si dimittitur, aliqua relinquenda sunt in memoriam pristinae Dignitatis; ut notavit Lotter. de re benef. d. l. 1. q. 12. ex n. 41. usque in fin.
 In quibus Translationibus non solum consensus Episcopi & Clerici concurrere debet, ex d. c. si quis vult, 16. q. 7. sed etiam Regis sicut Patroni, in Regnis, in quibus sui habet Patronatus; sicut in Hispania, ut testatur Barbof. in Pastor. alleg. 57. ex num. 88. (sed quomodo hoc iustipatronatus judicandum sit? alibi scripimus reliquimus circa Ecclesias Cathedralis:) cap. Filius, univ. cap. seq. 16. q. 7. cap. 1. ne Sede vacante. & ita prædicatum fuisse in translatione Ecclesie Magalona ad Montem-Pessullanum Anno 1536. testatur Rebuff. supra n. 13. Casu verò quo iustus existentibus causis consentire reuerent Patroni, non obstante eorum contraditione Translatio fieri debet, dummodo de bono & utilitate Ecclesie agatur: Mantio. de tacit. conven. lib. 25. tit. 8. n. 17. & seq. Barbof. de univ. iure Eccl. d. lib. 1. c. 19. ex n. 34. & necessitate vel utilitate Ecclesie ita suadente, quæ talis sit, ut non possit illi alio modo vel pacto succuri, & necessitas adeo sit magna, veluti ad evitandum magnum scandalum, vel destructionem Ecclesie, ut bene citato Feder. de Senis tract. de permut. benef. q. 25. num. 39. & Mantio ubi proximi n. 19. docet Tondut. de Sanleger. in quest. & resol. benef. p. 2. c. 4. §. 8. n. 16. & 17. & alius citatis Lotter. d. q. 12. nu. 10.
 De tali autem consensu hic præfinito à Patrono, vel Beneficiario, quoad effectum Translationis præsumitur, si aliqua circa illam expensa facta fuerit ab ipso, five ejus Procuratore: Rota decis. 440. num. 5. cum seqq. parte 2. recent. & decis. 475. numer. 8. & 9. part. 1. inter eisdem Recen. Grat. disp. 737. num. 25. & 27. & latius dixerat discept. 296. ex num. 18.
 Insuper etiam tenor Translationis inspiciendus est: aliquando enim Cura, aliquando Parochialis five Cathedralis, aliquando denique exercitium transferunt: Ludovif. decis. 387. numer. 1. quare ejus probatio Translationis, debet esse certa; & dum est æquivoca non probat: idem Ludovif. decis. 405. num. 1. Et hac ratione à Regulis Juris communis recedendum est, quando de mente transferentis constat: licet enim Pensio translata, pro rata debeat dividendi inter transferentem five ejus hæredes, & translatarium; tamen si ex mente transferentis constat voluisse totum transferre terminum, totus transferretur: Rota in noviff. p. 3. decis. 48.
 Supposita autem Translatione, effectus enumerare necesse est. Et quidem relictis pluribus, de quibus in unione accessoria tractabimus cap. sequenti, aliqua hic enumerabi-

Vigilimus. Translata Cathedrali, Palatium Episcopi amittit omne privilegium quod antea habebat, ut cap. 29. infr. de domibus seu Palatiis Episcoporum, notavimus; ex text. in c. Translato, de consuet. juncto Mario Itala de immu. Eccles. lib. 1. c. 4. §. 9. n. 6. & 7. atque ita Dignitas, vel Ecclesia translata non retinet sua privilegia: Card. Tusc. lit. D. conclus. 432.

117 Verum hac quae diximus de Translatione, intelligenda sunt de his rebus quae transmissibilia sunt; quare in eis solum procedunt: nam sicut mortuo Episcopo, Jurisdicatio, & bona non transferuntur in Capitulum, quia illa solum transmissibilia est, bona vero successoribus conservantur: c. Quia sepe, de elect. in 6. Clem. statutum, eod. titul. Cardin. Tusc. lit. c. d. conc. 361. num. 8. ita & eodem modo in nostro casu intelligendum est: ubi num. seq. limitat, nisi specialiter a Papa contrarium declaratur.

118 Quando autem Translatio effectuat dicatur? Dic, post perfectam Gratiam: ita tamen quod si in forma gratiosa concessa fuerit, & Ecclesia translata consensum praestiterit, ad die Gratiae omnia jura in aliam, juxta supra dicta transferantur: ex text. in cap. In apibus, 41. §. In quibus casibus, 7. quest. 1. quia in effectu Translatio est quaedam renunciatio; ut pluribus citatis resoluit Gratian. discip. 296. num. 16. si vero consensus subsequatur gratiam, ad die praestitum intelligitur effectuat, jura tamen ad die gratiae post effectuationem translata judicantur: cap. Cura, cap. Suggestum, de iure patron. Gratian. supra num. 17. Atque ex hac ratione quotiescumque Executor excedit facultatem, exspoliatus retinet omnia jura, & conservat possessionem: & eodem modo si male ex alia causa procedat: ut pluribus resoluit Rota post tract. Possib. de manu. decis. 226. numer. 1. cum seqq. si tamen illa quae allegantur, altiorum requirant indaginem, veluti nullitatis exceptio, tamquam petitiorum respectiva manutentionem non impediunt: Posthicus de manu. observ. 62. numer. 6. & post tract. decis. 226. num. 8. Ita neque admittitur exceptio invaliditatis provisionis: Rota recent. dec. 341. numer. 4. part. 3. Posthicus d. num. 8.

125 Quibus positis, Primo quaeritur, an Translatio Ecclesiae ex falsa causa in parte obtenta, possit valere? In qua breviter dicendum est respiciendum esse tenorem Gratiae; ita ut si ex eo colligatur mentem Pontificis concedentis esse tamquam de materia individua, vitietur tota Gratia: si de dividua, contra. Exemplum est in gratia Penfionis, cum clausula, dummodo dimidiam partem fructuum non excedat, quae quia mens Pontificis fuit dividere fructus in parte, quae non excedit, sustinetur: Mantica decis. 153. per totam, sed de hac materia vide Fatnac. in recent. decis. 733. num. fin.

127 Secundo quaeritur, an justa causa praesistente, incole Civitatis Partes sint legitime ad petendam Translationem Ecclesiae? & affirmative respondendum est: ut declaravit Rota in Oxomen. translationis, 29. Maij 1595. coram

128 Mantica dec. 333. per totam, sufficit enim docere de interesse apparetur, licet non patenter, ut quis ad causam admittatur; eadem Rota num. 2. De querela autem Populi non in omnibus casibus ratio est habenda pro Translatione, cum Populus sepe contra commoda propria laborat: ut observat Tondut. de Sanleg. in quest. & resol. benef. c. 47. n. 5. par. 1.

130 Tertio dubitatur, an periculo stante ratione morae, possit Exequitor procedere abbreviatis terminis Juris, vel non praesentatis litteris: In quo credo verius esse non licere: quia cum illud quod ignoratur pertineat ad fundamentum Gratiae, percutit fundamentum Jurisdictionis; & cum Jurisdicatio pendeat à facultate rescripti, eo non praesentato non potest habere Jurisdictionem; secus autem esset in accidentalibus: de quo est optima decisio in noviss. diversor. part. 1. 25. per totam, praecipue numer. 4.

131 Quarto dubitatur, Episcopus possit absque Sedis Apostolicae decreto cum consensu Capituli de loco ad locum iura existente causa suam Cathedrali mutare; Possit fieri probant text. in cap. Et temporis, 16. q. 1. c. Mutationes, 7.

q. 1. Gambar. de offic. Legat. lib. 2. num. 168. cum Episcopo ex causa liceat uni Ecclesiae auferre, & alteri dare, dummodo enorme non fuerit praedictum: Roman. con. 369. ol. 7. vers. Tertio videmus: Ferrer. conf. 249. num. 14. Communem dicens Gambar. de offic. Legat. lib. 6. num. 83. Verum contraria sententia omnino est tenenda, quandoquidem ex communi Doctorum sententia, quam in principio huius Capituli juncto e. 3. supra quis Cathedralis Ecclesias erigere possit, & alibi sepe notavimus, Cathedralium mutationes sicut erectiones sunt de reservatis Romano Pontifici: & idem probant Jura supra prox. adducta: text. enim in d. c. Et temporis, loquitur de Unione auctoritate Sedis Apostolicae facta: ergo pro nostra facit opinione: text. vero in c. Mutationes, praeterquam quod de Translatione Episcopi loquitur, simul equit Sedis Apostolicae licentiam & approbationem requirit: & ita hanc sententiam tenent Menoc. consil. 75. numer. 46. quem sequitur Barbof. in Pastor. part. 3. allegat. 50. num. 5. & in collect. ad Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 7. num. 3. Quare difficultas solum potest consistere, quando Ecclesia in eadem Civitate de loco ad locum mutatur; quo casu injuria non fit Civitati: & hoc tantum intelligendum est posse Episcopum, cum proprie mutatio non dicatur.

Plura etiam hincinde disputari poterant, quae quia communia sunt materiae praecedentium Capitulum, ideo ea libenter omittimus, & Lector ad ea remittimus. Unum tamen notari volumus, hanc Translationem non esse Unionem, & quod ligna & caetera tigna Ecclesiae translatae, si profanetur vel destruat, non sunt in profanos usus convertenda, est textus in cap. Ligna Ecclesiae, de Consecrat. distin. 1. c. Ex antiquis 54. cap. Quae semel, 19. quest. 3. & de Jure Hispano adest text. in l. 8. tit. 20. p. 1. de qua materia vide plures, quos sequitur Salgado de protel. Reg. part. 3. c. 5. num. 50.

At supposita Translatione, casu quo fiat ad locum, ubi non adest Ecclesia competens, & nova edificatione indigeat, quomodo, & cujus expensis edificanda sit? vide de qua dicemus infr. cap. 12. de Templo Ecclesiae Cathedralis edificando, ubi quaestionem hanc petraetabimus: ad cujus resolutionem, plura etiam tam in dist. capitulo, quam in sequenti, de reparatione Ecclesiarum Cathedralium invenies.

C A P U T VIII.

De Unione Ecclesiarum Cathedralium.

S V M M A R I U M.

Unionis definitiones varia, 1.
 Unio, Annexio, Incorporatio, Suppressio, Extinctio, & Applicatio, in idem recidunt, 2.
 Fructus possunt uniri remanente beneficio, 3.
 Unire Cathedralis solus potest Papa, 4.
 Legatus an possit unire Cathedralium Dignitates, 5.
 Episcopus stante necessitate unire potest Dignitates & prebendas Cathedralis, 6. 11.
 Inferiores Papa an possint prescribere ius uniendo, 7.
 Tenor privilegij attendendus in Unione, 8.
 Unio Cathedrali facta non valet nisi Papa confirmet, 9.
 Etiam si Episcopus habeat facultatem uniendo, 10.
 Episcopo quando non liceat unire prebendas suae Cathedralis, 12.
 Episcopus an possit unire Canoniciatus, stante tenuitate, 13.
 Unio tendit ad cultus divini augmentum: Suppressio, econtra, 14.
 Unionum varia species, 15. & seqq.
 Unio subiectiva quae, ibid.
 Ecclesia unita amittit sua privilegia, & eius nomen deletur, 16.
 Unio aequae principalis quae, 17.

In ea,

In ea, unaquaeque Ecclesia conservat sua privilegia; & omnia communicantur, 18. 20.
 Quando contrit ad Unio aequae principalis, 19.
 Quomodo alio nomine vocatur, ibid.
 Unio duarum Cathedralium proprie erectio quando dicitur, 20.
 Unio perpetua quae fit, 21.
 Concessa ad beneplacitum Papae eius morte expirat, 22.
 Quando praesumitur perpetua, 23.
 Unio quoad spiritualia quae fit, 24.
 Unio quoad spiritualia usitata in Cathedralibus, 25.
 Non est proprie Unio, sed Communicatio & Confraternitas, 26.
 Unio administrationis quae fit, 27.
 Causa requiritur in Unione, 28.
 Sed non in Cathedralibus; & quare, 29.
 Papa non solet unire absque causa, ibid.
 Causa unionis Cathedralis eadem est erectionis, 30.
 Ea quae iustificat Unionem, iustificat etiam Dismembrationem, 31.
 Causa Unionis, necessitas, vel utilitas, 32.
 Evidens esse debet, 33.
 Necessitas argens, utilitas evidens debet, 34.
 In unione utilitas requiritur, & quando adest dicitur, 35.
 Necessitas & utilitas arbitrio Iudicis in Unione relinquuntur, ibid.
 Necessitas in Unione in quo consistat, 36.
 Dismembratio ratione pestis, bellorum, inundationis, vel incendij, est causa Unionis, 37.
 Vicinitas, vel populi decrementum, incommodum Religionis deformitas, & mutatio temporum, sunt causa Unionis, 38.
 Decrementum ex quavis causa proveniens, est causa Unionis, 39.
 Unio fit ob commodiorem gubernationem, 40.
 Mantua quare Cremonae unita? ibid.
 Utilitas Unionis in quo consistat, 41.
 Tenuitas fructuum quomodo probari debeat pro Unione, 42.
 Propter debita Ecclesiae, & onera intolerabilia fit Unio, 43.
 Pietas quando fit causa Unionis, 44.
 Propter indecentiam loci fit Unio, 45.
 Paupertas causa Unionis, 46. 48.
 Nimia multitudo beneficiorum est causa suppressionis, 47.
 Desolatio Civitatis est causa Unionis, 48.
 Causae quomodo concurrere debent in Unione, 49.
 Evidens utilitas necessitati comparatur, 50.
 Fines Unionis, alius communis, alius particularis, 51.
 Utilitas qualis debeat esse in Unione, 52.
 Gratia Unionis, quando non est ambitiosa, magis concernit Iustitiam, quam Gratiam, 53. & 54.
 Causae necessariae Unionis quae sunt, 55. & seqq.
 Verba Unionis quomodo interpretanda, 56.
 Causa quando debeat verificari, 57.
 Causa Unionis iudicis arbitrio relinquuntur, 58. & 59.
 Causa Unionis falsa existente, Unio annullatur, 59.
 Effectus Unionis, 60. & pluribus seqq.
 Unionis accessorie effectus, ibid.
 Unio accessoria est extinctio tituli, 61.
 Abolet titulum beneficii uniti, 62.
 Non tollitur Pensio pro Unionem, nec ius Tertii, 63.
 De beneficio unito non fit mentio in impetratione in Unione accessoria, secus in aequae principalis, 64.
 Capta possessione principalis, censetur capta in Unio accessorie, 65.
 Unio accessoria non inducit incompatibilitatem, nec de ipsa est facienda mentio, 66.
 Beneficium unitum non potest permutari, & quando secus, 67.
 Si uniat Parochialis Canoniciatus, ubi residendum, 68.
 Papa conferens aucte effectuationem, quando deroget unioni, 69.
 Publicatio resignationis non est facienda de beneficio accessorie unito, 70.

Non potest impetrari per se beneficium unitum, 71.
 Beneficium amittit beneficii nomen per unionem accessoriam, & efficitur praedium, 72.
 Non vacat beneficium accessorie unitum, 73.
 Resignatio facta de beneficio unito quomodo valeat? 74.
 Et quando suspendatur unionis effectus, ibid.
 Regula de Jure quae non tollendo, an derogandum sit in conferendo beneficio Unio, 75.
 Privilegium Ecclesiae principalis competet Ecclesiae unitae, 76.
 79.
 Filia sortitur privilegia matris, 77.
 Privilegia communicantur ratione Unionis, 78.
 Unio reducit unita ad unum: & quando secus, 79. & seqq.
 Privilegia quae conservantur in unione, 80. & seqq.
 Ecclesiae diversarum Diocesum unita, cui subiciantur, 81.
 Per Unionem non derogatur iuri Episcopi, 82.
 Secus in Unione accessoria, 83.
 Unita Ecclesiae Regulari ad saecularem, quae privilegia retinet, 84.
 Unita Ecclesiae accessorie fit praedium alterius cui unitur, 85.
 Non habetur amplius ratio uniti beneficii accessorie post perfectam & consummatam unionem, ibid.
 Unum beneficium accessorie, non vacat per mortem illud obtinentis, 86.
 Unio debet esse valida, 87.
 Declarata nullitate unionis, vacat beneficium, 88.
 Quid si existat in statu validitatis, 89.
 Unio valida existente, non intrat Regula reservatoria, 90.
 Unio facta beneficio reservato, reservatum fit unitum, 91.
 Secus in unione aequae principalis, 92.
 Unita accessorie Parochiali ad Dignitatem, sufficit habere etatem requisitam ad obtinendam Dignitatem, 93.
 Non debet fieri Concursus ad impetrandam Parochialem unitam Dignitati, 94.
 Nec tenetur promovere proutus ad sacros Ordines intra annum, 95.
 Illegitimus potest obtinere beneficium unitum, quod non capiebat dispensatio seclusa Unione, 96.
 Item Episcopus potest dispensare ut Parochialem unitam beneficium simpliciter accessorie illegitimus obtineat, ibid.
 Dispensatio hoc casu extenditur, ut non qualificato possit conferri beneficium unitum, 97.
 Beneficium Curam habens habitum non dicitur Curatum, 98.
 An retineat sua privilegia, ibid.
 De Cura habituali non est facienda mentio in impetratione, 99.
 Unita accessorie beneficia legibus principalis gubernanda, si unio fuerit extinctio tituli, 100.
 Clerici Ecclesiae unite, coram Episcopo alterius comparere tenentur, & omnia iura ei solvere, 101.
 Donec non fuerit proutus, quibus legibus gubernanda unita, 102.
 Negotia unita, in Ecclesia principali tractanda, 103.
 Lis de beneficio accessorie unito non facit litigiosum, 104.
 Episcopus principalis Ecclesiae, est Episcopus Ecclesiae unite, 105.
 Dicitur Rector unite, & Cura quomodo penes ipsum remaneat, 106.
 Dignitas prima accessorie unita alteri Ecclesiae Primatum amittit, 107.
 Unio accessorie beneficia unius Diocesis alteri alterius, per Episcopum principalis promissa fieri debet; secus si aequae principaliter, 108.
 Prelatus superioris, fit Prelatus utriusque, 109.
 Unita accessorie ad Ecclesiam Iurispatronatus, eandem naturam assumunt, 110.
 Ecclesia principalis omnia onera subire tenetur, 111.
 Omnes fructus ad eam spectant, 112.
 Unio facta accessorie omnia transeunt ad principalem, 113.

Eniã